



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Legia Catholica**

**Roberti, Johannes**

**Leodii, 1633**

76. Engelbertus à Marka.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

difficultatum infinitarum tumul-  
 tibus : inter eos tamen, con-  
 iunctis animis cum Canonicis  
 Cathedralibus, sacrum Corpus  
 S. Hadelini Confessoris, Cel-  
 lis Visetum transtulit; & simul  
 duodecim Canonicorum Col-  
 legium: aperto prius eiusdem  
 Sancti loculo, & Corpore in-  
 tegro reperto. Brachio vno ex-  
 cepto, quod in Monasterio  
 Stabulensi, religiosè colitur.  
 Facta ea Translatio anno 1338.  
 Adolphus obiit anno 1344.

LXXVI. ENGELBERTVS  
 A M A R K A.

Iisdem ferè studijs deditus En-  
 gelbertus nepos, quibus Adol-  
 phus patruus; cum paucis annis  
 Episcopalem Leodij Sedem ob-  
 tinuisset; ad Archiepiscopalem  
 Coloniensem transfatus, Leo-  
 dienses

80      L E G I A  
dienses Catholicos reliquit, vt  
semper, & quales illos inue-  
nerat.

LXXVII. IOANNES  
DE ARKEL.

Sacerdotes, quos Seculares  
dicimus, huius Episcopi tem-  
pore, Leodij de Dæmonibus  
triumpharunt. Ingens multi-  
tudo virorum atq; mulierum è  
superioribus Germaniæ parti-  
bus, anno 1374. in Belgium  
descendit, à Diabolis obsessa,  
& infessa. Hi cum per Aquif-  
granum, & Traiectum, tandem  
Leodium appulissent, Ciuita-  
tem terrore, & magnorum ma-  
lorum expectatione, impleue-  
runt.

Seminudi discurrebant, fertis  
capita cincti, & choreas, non  
modo in plateis; sed & in Ec-  
clesijs